



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

ACTA sunt hæc anno incarnationis Domini M. C. LXXXV. residente Domino Alberto Saltzburgensi Archiepiscopo, in solemnibus Capitulis, apud Laufen habito, XVII. Calendas Decembris presentibus & assentientibus Præpositis & Abbatibus, supra in inscriptionibus suis annotatis, & laicis quam plurimis.

ADDITIONES.

Confirmatio ordinis & foundationum Monasterij
per Lucium Papam.

Lucius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Lanzoni Hallensi Præposito, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris Regularem vitam professis in perpetuum. Desiderium quod ad Religionis propositum & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, & peccentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus & præfatam Ecclesiam, Hallensem in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut in eadem Ecclesia, prout venerabilis frater noster Conradus Salisburgensis Archiepiscopus ordinavit, & scripto suo firmavit, ordo Canonicus secundum beati Augustini regulam perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis DEO propitio poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Capellam sanctæ Mariæ Muna. Capellam sancti Georgij Chirichpero. Capellam sancti Martini Nane. Capellam sancti Valentini Morzols. Capellam in castro Plaien. Capellam in castro Halla. Aquam in fonte Halla, quam dedit Ebo. Aquam quam dedit Iacto. Prædia quæ dedit Sigboto, Vnchen, & Occheim. Prædium quod dedit Heinricus & Pato Nuspo. Quartam partem decimalis salis. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus siue laicus a vobis decimas exigere presumat. Interdicitur etiam, ut nemini professionis vestræ facultas fiscalium leuitatis instinetu, vel arctioris religionis obtentu sine Præpositi vel congregationis licentia de claustris discedere, quod si discesserit nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium litterarum cautione illum suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra Canonici ordinis tenor Domino præstante viguerit. Si verò secundo vel tertio vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci Præposito, Canonicis in eum præferre sententiam. Obveniente verò tenore eiusdem loci Præposito, vel ad alterius Ecclesiæ regimè transfenite, siue quolibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, vel violentia substituat, vel præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilij sanioris secundum DEI timorem, & beati Augustini regulam Canonicè prouiderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, extreme voluntati & deuotioni nullus obstet, nisi fuerint excommunicati, salua tamen iustitia matricis Ecclesiæ suæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino homi-

no hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactiõibus vel molestiis fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua nimirum *Salisburgensis* Archiepiscopi Canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertidue comonita, si non satisfactiõne congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei aliena fiat. Cunctis autem eidem loco sui iura seruantibus sit pax &c. Datum *Lateran.* per manum *Baronis* Capellani. Non. Aprilis. Indictione VII. Incarnationis Dominicæ Anno M.C. XLIV. Pontificatus nostri anno primo.

Confirmatio ordinis & Bonorum Monasterij

per *Eugenium* Papam III.

E*ugenius* Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis *Lanzoni Hallensi* Præposito, eiusque fratribus tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur quod religioni & honestati conuenire monstratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium, & propter dilecti in Dño filij vestris iustis petitionib; clementer annuimus, & prædecessoris nostri felicitis recordationis PP. *Lucij*, vestigiis inhærentes, præfatam *Hallensem* Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio comunimus, statuentes vt in eadem Ecclesia, prout Venerabilis frater noster *Conr. Salisburgensis* Archieps ordinauit, & scripto suo firmavit, ordo Canonicus secundum B. *Augustini* regulam perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur. Præterea quæcunq; possessiones, quæcunq; bona in præsentiarum iuste & canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisq; successorib; & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Decimalem salem, prædium quod nominatur *Svvan* cum omnib; appendiciis ad hoc pertinentibus, quod prædictus Archiepiscopus præfatæ Ecclesiæ tribuit. Aquam in fonte *Halla* quam dedit *Ebo*, Aquam quam dedit *Iacco*, prædium quod dedit *Sigiboto Occheim*, prædium quod dedit *Henricus Nutzpotum*. Sanè laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino clericus siue laicus à vobis decimas exigere præsumat. Interdicimus etiam vt nemini professionis vestræ facultas sit alicuius leuitatis instinctu, vel arctioris Religionis vestræ obtentu, sine Præpositi vel congregationis licentia de claustro discedere, quod si discesserit nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine comunium litterarum cautione illum suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra Canonici ordinis tenor Domino præstante vigerit. Si verò secundò tertidue vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci Præposito, vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte, sine quolibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia substituatur vel præponatur, nisi quem

Metrop. Salub. Tom. II.

uu 3

fratres

fratres comūni consensu, aut pars consilij senioris, secundum Dei timorem & B. *Augustini* regulam Canonice prouiderint eligendum, Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse concedimus, ut qui se illic sepeliri deliberauerint, eorum deuotioni & extremæ uoluntati nullus obstat nisi forte fuerint excommunicati, salua tamen iustitia matricis Ecclesiæ suæ. Porro capellas quæ infra terminos parochialis Ecclesiæ fundatæ sunt, vel in posterum Deo fauente fundabuntur, regimini & iuri vestro confirmamur, & ne aliquis clericus sine concessione uestra teneat, vel contra interdictum uestrum in eis ministret, apostolica auctoritate prohibemus sicut iam dicti prædecessoris nostri B. memorie Pape *Lucij* priuilegio prohibitum esse dignoscitur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiã temerè perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis vexationibus, uel molestiis fatigare sed oia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usque omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate, & Salisburgensis Archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona huius nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tantauerit, secundò terò ue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat eamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subiacet. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum *Transiberim* per manum *Roberti* sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Card. & Cancellar. V. Kalend. Februarij, indictione 9. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XLV. Pontificatus uero Domini *Eugenij* Pape III. Anno primo.

Confirmatio Ordinis & Foundationis per
Eugenium Papam III.

E*ugenius* Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis *Henrico* Præposito Ecclesiæ Sancti *Zenonis Hallensis*, eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris Regularem vitam professis. Quoniam sine uerè cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi seruitium, expedit apostolicæ auctoritati religiofas personas diligere, & earum quieti auxiliante Domino prouidere. Ea propter dilecti in Domino filij uenerabilis fratris nostri *Conr. Salisburgensis* Episcopi precibus inclinati, uestris iustis postulationibus, clementer annuimus, & præfatam S. *Zenonis* Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub B. *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio confirmamus. In primis siquidem statuantes, ut ordo Canonicus secundum B. *Augustini* regulam perpetuis ibi temporibus inuolabiliter conseruetur. Quas cunq; præterea possessiones, quæcunq; bona, tam ex dono præfati Archiepiscopi fundatoris loci uestri, quàm aliorum Dei fidelium, in præsentiarum iuste & canonicè possidetis aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma uobis uestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda uocabulis. Curram sitam ante portam eiusdem Ecclesiæ cum appendiciis suis, & prædium quod dicitur *Suante*, ex dono ipsius Archiepiscopi. Quic-

Quicquid juris habetis in decima salis qui coquitur de fonte *Halla*. Ex dono *Ebonis*, *Iacconis*, & *Babonis* aquas quas in eodem fonte ad sal coquendum habetis. Prædium situm in loco qui dicitur *Oocheim*, cum appendiciis suis. Ex dono *Sigbotonis* prædium quod dicitur *Vnchen*. Ex dono *Heinrici* filij *Etechonis* & fratris eius prædium quod dicitur *Nutzerpoum* cum omnibus pertinentiis suis. Statuimus ut in Ecclesiis vestris in quibus fratres vitam Canonicam professi degunt, nulli omnino post factam in locis vestris canonicam professionem exinde liceat sine communi congregationis permissione discedere, discedentem verò nullus audeat retinere. Si verò post secundam vel tertiam commonitionem redire contempserit, liceat eiusdem loci Præposito canonicam in eum proferre sententiam. Sane ipsa plebs *Hallensis*, sicut à jam dicto Archiepiscopo canonicè statutum est, à nullo successorum suorum vobis auferatur, sed in dispositione Præpositi nostri permaneant. Ad hæc adiicientes statuimus, ut capellæ, quæ infra terminos parochialis Ecclesiæ *Hallensis* fundatæ sunt, sicut ab ipso Archiepiscopo rationabiliter prouisum est, eidem matri Ecclesiæ subiaceant. In futuro autem, absque assensu Præpositi vestri, nouas in ipsa parochia capellas edificari prohibemus, salua nimirum sedis apostolicæ & proprii Episcopi auctoritate, sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat, salua iustitia matricis Ecclesiæ. Obeunte verò te, nunc eiusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quæ fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem & *B. Augustini* regulam prouiderint eligendū. Decernimus ergò ut nulli omnino hominum liceat præfatum locum temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis, præ futura, salua sedis apostolicæ auctoritate, & Dioccesani Episcopi canonica iustitia & reuerentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona huius nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire contempserit, secundò tertioque commonita nisi reatum suum cõgrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autè eidem locis sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum *Viterbi* per manum *Baronis* S. Romanæ Ecclesiæ Subdiac. X. Cal. Octob. Indict. decima, Incarnationis Dominicæ An. M. C. XLVI. Pontificatus verò Domini *Eugenij* PP. III. anno secundo.

Confirmatio foundationis, ordinis, Bonorum per

Adrianum PP. IV.

Adrianus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Heinrico* Præposito Ecclesiæ *S. Zenonis Hallensis*, eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quoniam sine veræ cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi seruitium, expedit apostolicæ auctoritati religiosas personas diligere, & earum quieti auxiliante Domino, prouidere. Eapropter dilecti in Domino filij venerabilis fratris nostri

uu 4

Eberhar-

Eberhardi Salisburgensis Archiepiscopi precibus inclinati, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & ad exemplar prædecessoris nostri sanctæ recordationis *Eugenij* Papæ, præfatam Ecclesiam *S. Zenonis*, in qua diuino participati estis obsequio, sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo *Canonicus*, qui secundum *B. Augustini* regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quas cunque possessiones, quas cunque bona tam ex dono *Conradi* quondam Archiepiscopi *Salisburgensis* fundatoris loci vestri, quàm aliorum Dei fidelium in presentiarum iuste & canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem sitam ante portam eiusdem Ecclesiæ cum omnibus appendiciis suis, & prædium quod dicitur *Svvan*, ex dono ipsius Archiepiscopi. Quicquid juris habetis in decima salis qui coquitur de fonte *Halle*. Ex dono *Heinrici* filij *Etebonis* & fratris eius: prædium quod dicitur *Nutzpoum* cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Ebonis*, *Iacconis* & *Babonis*, aquas quas in eodem fonte ad sal coquendum habetis prædium situm in loco qui dicitur *Ocheim* cum appendiciis suis. Ex dono *Sibotonis* prædium quod dicitur *Vnchen*. Statuimus vt in Ecclesiis vestris, in quibus fratres vitam canonicam professi fuerint, nulli omnino post factam canonicam professionem exinde liceat sine communis cõgregationis permissione discedere; discedentem verò nullus audeat retinere. Si verò post secundam vel tertiam cõmonitionem redire contempserit, liceat eiusdem loci Præposito canonicam in eum proferre sententiam. Sanè ipsa plebs *Hallensis*, sicut à iam dicto *Conrado* Archiepiscopo canonicè statutum est, à nullo successorum vobis auferatur, sed in dispositione Præpositi vestri permaneat. Ad hæc adiicientes statuimus, vt capellæ quæ infra terminos parochialis Ecclesiæ *Hallensis* fundatæ sunt, sicut ab ipso Archiepiscopo rationabiliter prouisum est, eidem matri Ecclesiæ subiaceant. In futuro autem absque assensu Præpositi vestri nouas in ipsa parochia capellas ædificari prohibemus, salua nimirum sedis apostolicæ & proprii Episcopi auctoritate. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri delibauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat, salua tamen iustitia matris Ecclesiæ. Præterea exemptionem personæ tuæ, & Ecclesiæ tibi commissæ à subiectione *Salisburgen*. Archidiacon. per venerabilem fratrem nostrum *Eberhardum Salisburgen*. Archiepiscopum canonicè factam, tibi & per te Ecclesiæ tuæ auctoritate sedis apostolicæ confirmamus. Obeunte verò tempore eiusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem & *B. Augustini* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat supradictam ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed illibata omnia & integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate & *Diocæsani* Episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundò tertioque commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate

gnitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus, sit pax Domini nostri IESU CHRISTI, quatenus & fructum bonæ actionis hic percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Dat. Later. per manum Rolandi S. Romanæ Ecclesiæ presbyt. Card. & Cancell. XIII. Calendas Martij. Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno M. C. LVI. Pontificatus verò Domini Adriani Papæ IV. anno tertio.

Confirmatio Ordinis & foundationis nostri Monasterij

S. Zenonis cum aliis priuilegiis per Alexandrum PP. III.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Alabydo Præposito Ecclesiæ Hallensis, eiusq; fratribus tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Quoniam sine verè culture religionis nec charitatis vnitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi seruitium, expediat apostolicæ authoritatè religiofas personas diligere, & eorum quieti & tranquillitati auxiliante Domino salubriter prouidere. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & ad exemplar prædecessorum nostrorum sanctæ recordationis Eugenij & Adriani Romanorum Pontificum, præfatam Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio cõmunimus. In primis siquidem statuantes, vt ordo Canonicus q; secundum Deum & B. Augustini regulam in eodè loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones, quæcunq; bona, tam ex dono Conradij quondam Archiepiscopi Salisburgen. fundatoris loci vestri, quàm aliorum Dei fidelium in præsentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permancant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem sitam ante portam Ecclesiæ prænominatæ cum omnibus pertinentiis suis, & prædium quod dicitur *Souante* ex dono ipsius Archiepiscopi. Quicquid iuris habetis in decima Salis qui coquitur de fonte *Halla*. Ex dono *Heinrici* filij *Erichonis* & fratris eius prædium quod dicitur *Nutzpoum* cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Ebonis*, *Iacconis*, *Babonis*, aquas quas in eodem fonte ad *Salcoquendo* n. l. habetis aquas quas habetis in ipso fonte *an dem Werchpret*. Curtem cum vineis in *Austria*, prædium quod dicitur *Ubingen* cum appendiciis suis. Prædium situm in loco qui dicitur *Oecheim*, cum omnibus appendiciis suis. Ex dono *Sigboronis* prædium quod dicitur *Vachen*. Statuimus vt in ecclesiis vestris in quibus fratres vitam canonicam professi fuerint, nulli omnino post factam canonicam professionem exinde liceat sine cõmunis congregationis permissione discedere, discedentem verò nullis audeat retinere nisi ad maiorem Religionem eum constiterit ascendisse. Sanè ipsa plebs *Hallensis*, sicut à iam dicto *Conrado* Archiepiscopo canonicè statutum est, à nullo successorum suorum vobis auferatur, sed in dispositione Præpositi vestri permaneat. Ad hæc adiecter, res statum, vt capellæ q; infra terminos parochialis Ecclesiæ *Hallen.* fundatæ sunt, sicut ab ipso rationabiliter, quous est, eidem matri Ecclesiæ subiaceant. Nouas autè absq; assensu *Diocæs.* Episcopi & vestro in ipsa parochia capellæ edificari prohibem.

Præ-

Præterea exemptiones personæ tuæ, & Ecclesiæ tibi commissæ, à *Salzburgensis* Archidiaconi subiectione, sicut à præfato Archiepiscopo statutum est, & priuilegiis antecessorum nostrorum Romanorum Pontificum roboratum tibi & per te Ecclesiæ tuæ auctoritate sedis apostolicæ cōfirmamus. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilij sanioris, secundum Dei timorem & *B. Augustini* regulam prouiderinteligendum. Decernimus ergò ut nulli omnino hominum liceat præfatum Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vobis omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate & Diocæsani Episcopi canonica iustitia. Si quis igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit secundo tertioque cōmonita nisi p̄sumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruauimus, sic pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiunt, & apud districtam iudicem præmia æteritæ pacis inueniant, Amen.

Datum *Beneuent*, per manum *Gerhardi* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarij, Calendas Julij, incarnatione 2. incarnationis Domini anno M. C. L. X. I. X. Pontificatus verò Domini *Alexandri* Papæ III. anno decimo.

Pro aqua in fonte ad Monasterium dono data.

In nomine patris & filij, & spiritus sancti. *Henricus* Dei gratia Dux *Bauariæ* atq; *Saxoniæ* &c. Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuræ ætatis fidelibus, qualiter nos ob amorem diuinæ pietatis fratribus Ecclesiæ *S. Zenonis*, Deo & sanctis ibi patrocinantibus, eidemque iugiter famulantibus, aquam vnam in salina *Halla* de assere vno haurienda, absque omni angaratione & promulgatione sententiæ quam nos in eandem aquam habuimus, in tranquillitate & absque alicuius opponente contrarietate possidendum, permisimus. Si verò in huius aquæ traditione voluntas nostra varietate dispensatione, temporis & consilij immutata fuerit, centum talenta præfatis fratribus reddemus, & nos in supradictam aquam sententiæ sicut iustitia dictauerit, in iudicio nostro in eandem aquam dandam non negabimus. Ut verò huius pagine ordo in supradicto conditionis pacto ratus & incommutabilis permaneat, testimonialis nostri impressio sigilli eum corroborati. Qui autem huius dispensationis ordini intererant, eorum nomina sunt hæc. Comes *Pertoldus* de *Andechs*, Otto maior Palatinus de *Wiltinespach*, *Henricus* de *Stoupe*, *Eberhardus* de *Fribindorf*. Data *Ratisbonæ*, Anno Domini incarnationis M. C. L. X. X. I. gloriosissimi autem *Henrici* Ducis *Bauariæ* & *Saxoniæ* Anno peregrinationis primo. *Baldouinus* Notarius Domini Ducis assignauit.

Collat.

Confirmatio Ordinis & foundationum nostri monasterij
per Celestinum Papam III.

Celestinus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Wiemano* Præposito Ecclesiæ *S. Zenonis Hallensis*, eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris religiosam vitam professis, in perpetuum. Quoties à nobis petitur, quod Religioni & honestati conuenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desiderijs congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam *S. Zenonis* in qua diuino mancipati estis obsequio, sub *B. Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Dei & *B. Augustini* regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quasque possessiones, quasque bona eadē Ecclesia in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneat. In quibus hæc, proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentijs suis, decimale saltem, & prædium quod nominatur *Suuant* cum omnibus appenditijs suis, aquam in fonte *Halla*, quam dedit *Ebo*, aquam quam dedit *Iacco*, aquam quæ dedit *Henricus Eninkil*, prædium quod dedit *Sigeboto Ocheim*, prædium quod dedit *Heinricus Nutzerpoum*, capellam *Intzella* diuicam cum prædio & omnibus appenditijs suis, & omni integritate decimarum, quam venerabilis frater noster *Albertus Salisburgensis* Archiepiscopus liberè vobis & Ecclesiæ vestræ donauit. Sanè noualium vestrorum quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post factam in vestra Ecclesia professionem, nisi arctioris religionis obtentu, absque Præpositi sui licentia liceat ab eodem loco discedere, discedentem verò absque cõmuni literarum cautione nullus audeat retinere. Libertates quoque & immunitates, antiquas & rationabiles consuetudines Ecclesiæ vestræ concessas, & in capellis in Parochia vestra sitis hætenus obseruatas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus. Inhibemus insuper vt infra fines parochiæ vestræ nullus sine assensu Diocæs. Episcopi & vestro capellam seu oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegijs Romanor. Pontificum. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum vestrorum, quæ ad sacros ordines fuerint, promouendi, à Diocæsano Episcopo, si catholicus fuerit, & gratia atque cõmunionem apostolicæ sedis habuerit, ea vobis gratis & sine prauitate aliqua volumus exhiberi. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, & eorum deuotioni & extreme voluntati quæ illi sepeliri deliberauerint, nisi fortè vel excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obstet, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentiæ præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij

consilij sanioris secundum Dei timorem & B. *Augustini* regulam prouiderint eligendum, Paci quoq; & tranquillitati vestrae paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, vt infra fines locorum vestrorum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violèciam aliquam temerè audeat exercere. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfata Ecclesiam temerè perturbare, auctius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate, & *Saliburgensis* Archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica seculariue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertio due commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate, eamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Datum *Lateran.* per manum *Cencij* sanctæ *Luciæ* in Horthea Diaconi Cardinalis, Romanæ Curiaë Camerarij, XVII. Calen. Aprilis. Indictione tertiadecima. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XC. IV. Pontificatus verò Domini *Celestini* Papæ III. anno quarto.

Pro defensione Ecclesiæ per *Henricum* Ducem

Bauaria.

NOs *Henricus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauaria* &c. Tenore presentium declaramus, quod nos cœnobium S. *Zenonis* apud *Halle* situm, in nostram protectionem recepimus specialem, vt quicumque eandem Ecclesiam in bonis suis grauare præsumperit, nobis ipsis factam esse præsumptionem huiusmodi reputemus. Mandamus ergò Iudici ac vniuersis ciuibus in *Halle* firmiter iniungentes, vt si quis hominum dictum Cœnobium in redditibus suis grauet, vel molestare præsumat, loco nostri ipsum fideliter defendatis. Officialibus etiam nostris districtè præcipimus vt decimas in *Castuna* & de officio in *Halle*, & penes *Halle* quas eidem Cœnobio, pax memoriæ *Ludouici* Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauaria* auus noster contulit, de bonis nostris ei primò soluantur. Quicumque verò officialium nostrorum hoc neglexerit, nostram indignationem sentiet & offensam. Illud etiam adiicimus, vt si fortè eadem bonâ vendere, obligare, vel quoquomodo à nobis alienare contingat, prædictum tamen cœnobium in perceptione decimarum debeat permanere. Tibi verò Iudici sub obrentu beneuolentiæ nostræ præcipimus, vt si apud te pro aliquo debito ipsis soluendo deposuerint quærimoniam, ipsis debitam iusticiam & satisfactionem facias exhiberi. Alioquin de voluntate nostra est, vt ipsos compellant per sacramenta Ecclesiastica ad soluendum. In cuius rei testimonium, ipsi Cœnobio dedimus præsentis litteras nostri sigilli robore comunicas. Datum in *Trauersstein*, Anno Domini Milleesimo, ducentesimo, septuagesimo tertio. Nonis februarij.

Confir.

Confirmatio Bonifacij Papæ VIII.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij S. Zenonis in *Hallis*, per Præpositum soliti gubernari, ordinis S. Augustini Saliburgensis Diocœsis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigat rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducat effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus, grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia vel alias indulgentias vobis & Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactio- num à Regibus & Principibus, ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & monasterio prædicto indultas, sicut eas iuste & pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Lateran. V. Calend. Martij, Pontificatus nostri anno sexto.

Confirmatio Urbani Papæ VI. omnium nostrorum bonorum.

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij S. Zenonis extra muros oppidi *Reichenhallensis*, per Præpositum soliti gubernari, ordinis S. Augustini Saliburgensis Diocœsis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum tam vigor æquitatis, quàm ordo exigat rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducat effectum. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras & monasterium de *Reichenhall* prædictum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub B. Petri protectione suscipimus atque nostra, omnesq; libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alias indulgentias, vobis & monasterio vestro prædicto concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactio- num à Regibus & Principibus, vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & monasterio auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, V. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Protectio Monasterij S. Zenonis, per Ludouicum Ducem Buarie.

LUDOVICVS Dei gratia Comes Palatinus Rheni & Dux Buarie &c. Iudici & vniuersis ciuibus in *Halle* gratiam suam & omne bonum. Notum esse volumus vestræ vniuersitati, quod nos Cœnobium sancti Zenonis apud *Halle* situm in nostram

nostram protectionem recepimus & defensionem, ut quicumque eandem Ecclesiam in bonis suis grauare praesumpserit, nobis factum esse reputamus. Vestra ergo mandamus vniuersitati firmiter iniungentes, ut si quis hominum antedictum coenobium in redditibus suis grauet, vel molestare praesumat, loco nostri defendatis. Decimam vero quam ipsis contulimus, officialibus nostris praecipimus, ut eis primo de bonis nostris soluant, quicumque officialium nostrorum hoc neglexerit, nostram sentiet offensam & indignationem. Tibi vero iudici sub obtentu nostrae beneuolentiae praecipimus, ut si apud te pro aliquo debito ipsis soluendo aliquam deposuerint quaerimoniam, ipsi debitum exhibeas iustitiam & satisfactionem plenariam. Quod si non feceris, de nostra bona est voluntate & licentia, ut per diuina ipsos compellant ad soluendum.

Confirmatio omnium bonorum & priuilegiorum per

Martinum Papam V.

Martinus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Praeposito & Conuentui Monasterij S. Zenonis extra muros oppidi *Reichenhalle*, per Praepositum soliti gubernari, ordinis S. Augustini *Salisburgensis* Diocesis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, siue alias indulgentias, vobis & monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum a Regibus & Principibus, vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & monasterio praedicto, sicut eas iuste & pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis & communicationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Rome* apud sanctos Apostolos, Vides Octobris, Pontificatus nostri anno vndecimo.

Confirmatio sanctissimi Domini nostri Alexandri Papae
priuilegiorum Monasterij.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Praeposito & Conuentui Monasterij S. Zenonis prope oppidum *Reichenhall* per Praepositum soliti gubernari, ordinis S. Augustini *Salisburgensis* Diocesis salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus, grato concurrentes assensu, personas vestras & locum in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quae in praesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis praesente Domino poteritis adipisci, sub B. Petri protectione suscipimus, atque nostra, omnes quoque libertates & immunitates a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia vel alia indulta vobis & Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum a Regibus & Principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis & eidem monasterio rationabiliter indultas, specialiter autem

decimas

decimas, primitias, fructus, redditus, prouentus, Dominia, domos, terras, vineas, hortos, prata, pascua, syluas, nemora, possessiones, molendina, iura, iurisdictiones, & alia bona ad Monasterium prædictum spectantia, necnon parochiales & sine cura Ecclesias, quas eidem Monasterio vnitas siue incorporatas existere, & vos in vsus proprios canonicè obtinere asseritis, sicut ea omnia, iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, salua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ susceptionis, confirmationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* apostolorum eius se nouerit incursum. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, nonagesimo secundo, Decimo septimo Calendas Aprilis. Pontificatus nostri anno primo.

Confirmatio Priuilegiorum Monasterij D. *Zenonis*, per
Innocentium octauum.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij S. *Zenonis* propè oppidum *Reichenhall*, per Præpositum soliti gubernari, ordinis S. *Augustini Salisburgensis* Diocæsis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor equitatis quàm ordo exigit rationis, vtid per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia vel alia indulta, vobis & monasterio vestro concessas, necnon libertates & exemptiones secularium exactioem à Regibus & Principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis & eidem Monasterio rationabiliter indultas, specialiter autè decimas, primitias, fructus, redditus, prouentus, domos, terras, hortos, vineas, prata, pascua, syluas, nemora, possessiones, molendina, aliaq; mobilia & immobilia bona, ad dictum monasterium spectantia, sicut ea omnia iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, salua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum *Rome* apud S. *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, octuagesimo sexto, tertio Nonas Iulij. Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmatio omnium bonorum Monasterij per
Leonem Papam X.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij S. *Zenonis* per Præpositum soliti gubernari, propè & extra muros oppidi *Reichenhall* Canonicorum Regularium ordinis S. *Augustini Salisburgensis* Diocæsis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, tam vigo æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vtid per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino

Metrop. Salisb. Tom. III.

XX 2

filij,

filij vestris iustis postulationib. |grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sine per priuilegia vel alia indulta, vobis & monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus & Principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis & dicto vestro Monasterio rationabiliter indultas, specialiter autem parochiales Ecclesias & Capellas *Salisburgensis* Diocæsis, quas eidem Monasterio canonicè vnitas, annexas, & incorporatas esse asseritis, nec non decimas, primitias, oblationes, census, fructus, redditus, prouentus, terras, domos, possessiones, iurisdictiones, & alia bona ad præfarum Monasterium pertinentia, sicuti ea omnia iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communitus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo quarto decimo. VI. Calendas Februarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmatio nostrorum bonorum per *Iulium*

Papam II.

IULIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij *S. Zenonis* propè *Reichenhall*, per Præpositum soliti gubernari, ordinis *B. Augustini Salisburgensis* Diocæsis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinè officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub *B. Petri* protectione suscipimus atq; nostra, omnes quoq; libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus siue per priuilegia, vel alia indulta vobis & monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis & eidem Monasterio rationabiliter indultas, specialiter autem, decimas, primitias, redditus, prouentus, domos, terras, vineas, hortos, campos, prata, pascuas, syluas, nemora, possessiones, molendina, donationes, venationes, salinas, piscarias, mancipia, Dominia, infeudationes, iurisdictiones, iura etiam patronatus, & præsentandi, venandi, piscandi, infeudandi, & alia bona ad Monasterium prædictum spectantia, nec non parochiales & sine cura Ecclesias, quas eidem monasterio vnitas, siue incorporatas esse, & vos in vsus proprios canonicè obtinere asseritis, sicut ea omnia iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communitus, salua in prædictis decimis moderatione concilij generalis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam sciens nostræ susceptionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac *BB. Petri & Pauli* apostolorum eius se noverit incursum. Dat. *Rome* apud *S. Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo octauo, tertio Calendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno sexto.

Catalogus Præpositorum Monasterij

- S. Zenonis,
- I. LANZO.
 - II. HAINRICVS primus.
 - III. RVDOLPHVS.
 - IV. HAINRICVS secundus.
 - V. WEICHMANNVS.
 - VI. PABO.
 - VII. RUGERIVS.
 - VIII. CONRADVS.
 - IX. IOANN. Pachreitter.
 - X. OTTO Hegler.
 - XI. VDALRICVS Pachmayr.
 - XII. OTTO secundus.
 - XIII. CONRADVS secundus dicitur Reinfrueckel.
 - XIV. PAVLVS.
 - XV. CHRISTIANVS Rein Schmidt.
 - XVI. IOANN. Kolb.
 - XVII. IOANN. Prunleiner.
 - XVIII. IOANN. Weinseldner.
 - XIX. LVDOVICVS Episcopus Chiemensis.
 - XX. IOANNES Peuntekher.
 - XXI. OSWALDVS Berg.
 - XXII. WOLFGANGVS Lueger.
 - XXIII. PAVLVS Rothofer.
 - XXIV. ERASMVS Sibenbekh.
 - XXV. ANDREAS Hirtl.
 - XXVI. WOLFGANGVS Neuhauser.
 - XXVII. MELCHIOR Danavver.
 - XXVIII. LEONARDVS Agricola.
 - XXIX. GEORGIUS Berreiter.
 - XXX. GEORGIUS Reimair, modernus Præpositus.

PRÆTERMISSA.

Cum iam supremam manum huic operi Typographus vellet imponere; natus sum quædam huc spectantia; sæpius à me partim per literas, partim per intermedias personas petita: quæ lectori suis quæque locis inferenda, hic addere, haud abs re visum fuit.

PRÆPOSITI Collegiæ Ecclesiæ sancti ZENONIS in. YSINE, *Ad Tom.*

al. llin.

HOHOLDVS, vixit circa an. Dn. 1157.

CHVONRADVS, an. 1228.

IOANNES Pfister, J. V. Doctor; Canonicus & Vicarius Frisingen. obiit

3. Aug. An. 1582.

GEORGIUS Mayr. Decanus Ecclesiæ Collegiæ S. Andreae Frising. ob.

14. Decembr. an. 1586.

Metrop. Salub. Tom. III.

xx 3

BALTHA-

BALTHASAR König, SS. Theolog. Doct. postea factus Præpositus Collegiæ Eccles. SS. Martini & Castuli Landeshutæ.

SEBASTIANVS Franz. S. Theologiæ Licent. Decanus Collegiæ Eccles. Beatis, Virginis Monachij, Sereniss. Boior. Duc. Consiliarius &c. ob. an. 1605.

ANTONIUS WELSER, S. Theol. Doct. Præpositus Cathedralis Eccles. Frisingen. ob. Cal. Octobr. An. 1618.

IOANN. Baptista Rembold D. Auditor Rotæ Romanæ Cathedralis Eccles. Frisingen. Præpositus, viuat diu felix.

Ad Monasterium Magni Tom. II. pag. 456.

INNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Gebeardo Prouisorio Ecclesiæ quæ dicitur ad Ripas, eiusq; successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Desiderium quod ad religionis propositum & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis congruum impertiri suffragium, ut videlicet fidelis deuotio celerem fortiat effectum, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilecte in Domino fili Gebearde tuis rationabilibus postulationibus gratum præbemus assensum & Ecclesiam quæ dicitur ad Ripas cui auctore Dño præfides sub apostolicæ sedis tutela & protectione suscipimus & præsentis scripti pagina communitus. In primis siquidem statuentes vt ordo Canonicus qui secundum B. Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus futuris perpetuis temporibus inuisibiliter conseruetur. Decernimus etiam vt quascunq; possessiones, quonq; bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis auxiliante Dño poterit adipisci, firma tibi tuisq; successoribus & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas sit præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundo tertioq; commonita, si non congruè satisfecerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, eamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.



Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus si,

E
N

Ego

Ego Lucas presb. Cardinalis et. sanctorum Iohannis & Pauli ff.
Ego Grifogonus presb. Card et. Prædis ff.

Datum Laterani per manus Aimeri sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi
Cardinalis & Cancellar, XIII. Kl. Nouembris, Indictione III. Incarnationis Do-
minicæ, Anno M. C. XXXIX. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ II,
Anno X.

LVCIVS Episcopus servus servorum DEI, Dilectis filiis Gebeârdo
Prouisorio Ecclesiæ quæ dicitur ad Ripas, eiusque fratribus regulare
vitam professis, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Si re-
ligiosorum virorum petitiones clementer admittimus nostris procul du-
biiõ oportunitatibus benignum ac pium, omnipotentem Dominum
reperimus. Eapropter dilecte in Domino fili Gebeârde tuis rationabi-
libus postulationibus gratum præbemus assensum, & Ecclesiam quæ
dicitur ad Ripas cui auctore Domino præsides sub apostolicæ sedis tu-
rela & protectione suscipimus & presentis scripti pagina communi-
mus. Inprimis siquidem statuentes vt ordo Canonicus qui secundum
Beati Augustini regulam & fratrum Portuensium institutionem in eodẽ
loco noscitur institutus, futuris perpetuisque temporibus inuiolabiliter con-
seruetur. Præterea quasunque possessiones, quæcunque bona eadem
Ecclesia in presentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum con-
cessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium,
seu aliis iustis modis DEO propitio poterit adipisci firma vobis vestrisque
successoribus & illibata permaneant. Obeunte vero re nunc eiusdem
loci Præposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia
præponatur, nisi quem fratres communi vel sanioris partis assensu secun-
dum DEI timorem & Beati Augustini regulam, prouiderint eligendum.
Licet etiam vobis communicato consilio idoneum defensorem eligere qui si
inutilis apparuerit & pestifens effectus a quietate contempta vobis & rebus
vestris noxius esse præsumpserit, reiciendi eum facultatem liberam habeat-
is. Nullus quoque ad publicas processiones vos inuitos trahere, aut quiete-
tem vestram quolibet modo audeat conturbare. Sepulturam vero ipsius
loci liberam esse decernimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint
deuotioni & extremæ voluntati nisi forte excommunicati sint, nullus obsta-
tat, salua iustitia matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo vt nulli omnino
hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius
possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus
vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro-
quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omni-
modis profutura, salua Rationen. Ecclesiæ canonica iustitia & apostolicæ
sedis auctoritate. Si qua igitur in posterum Ecclesiastica secularisue perso-
na hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tem-
ptauerit, secundo tertioque commonita, si non congruè satisfecerit po-
testatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio exi-
stere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine
DEI & Domini redemptoris nostri IESU CHRISTI aliena fiat, atque in
extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem
eodem loco sua iura seruantibus, sis pax Domini nostri IESU CHRISTI,

quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.

- ✠ Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ff.
- ✠ Ego Gregorius Cardinalis sanctorum Sergij & Bachi ff.
- ✠ Ego Theodebinus S. Rufinæ Ep̄s ff.
- ✠ Ego Otto Dyaconus Cardinalis S. Georgij ad velum aureum, ff.
- ✠ Ego Guido Dyac. Card. sanctorum Cosmæ & Damiani ff.
- ✠ Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ff.
- ✠ Ego Iacinctus Diac. Card. S. Maritani Comydy ff.
- ✠ Ego Thomas presb. Card. et. Vespasii ff.
- ✠ Ego Guido presb. Card. et. sanctorum Laurentij & Damasi ff.

Dat. Later. per manus Baronis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiac. V. Kal. Januarij Indictione VIII. Incarnat. Dominicæ anno M. C. XLIV. Pontificatus verò Dñi Lucij secundi Papæ, anno primo.

GREGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij sancti Magni, ordinis sancti Augustini Ratisponen. Dioc. Salut. & apostolicam Benedic̄. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu possessiones ac alia bona quæ bonæ memoriæ Hartvicius Ratisponen. Episcopus Capituli sui accedente consensu ac inclite recordationis Conradus Rex Romanorum Illustris Monasterio vestro pia & prouida liberalitate donarunt, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, & in litteris confectis exinde dicitur plenius contineri, vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Reatæ II. Nonas Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

Innoctius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Conrado Prouisorij Ecclesiæ quæ dicitur ad Ripas, eiusque fratribus regularem vitam professis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Si religiosorum virorum petitiones clementer admittimus, nostris procul dubio oportunitatibus benignè ac pium omnipotentem Dominum reperimus. Eapropter dilecti in Domino filii Conrade tuis rationabilibus postulationibus gratum præbemus assensum & felicis recordationis Lucij Papæ II. prædecessoris nostri vestigiis inherentes, Ecclesiâ quæ dicitur ad Ripas, cui auctore Dño Præsides sub apostolicæ sedis tutela & protectione suscipimur & presentis scripti pagina comunimur. In primis siquidē statuentes ut ordo Canon. qui secundū beati Augustini regulam & fratrum Portuensiū institutionem in eodem loco noscitur institutus, futuris perpetuisque temporibus inuolabiliter conseruetur. Præterea quascunque possessiones quæcunque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Obiunte

verò

verò te nunc eiusdem loci Prapósito nullus ibi qualibet subreptionis astütia, vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel maior pars consilij sanioris secundum DEI timorem & beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Liceat etiam vobis communicato consilio idoneum, defensorem eligere, qui si inuicilis apparuerit & pestilens effectus æquitate contempta vobis & rebus vestris noxius esse præsumpserit, reiiciendi eum facultatem liberam habeatis. Nullus quoque ad publicas processiones vos inuitos trahere, ac quietem vestram quolibet modo audeat conturbare. Sepulturam vero ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum, qui se illic sepeliri deliberauerint deuotioni & extremæ voluntati nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstet, salua tamen iusticia illarum Ecclesiarum à quib. mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate & Ratisponen. Ecclesiæ canonica iusticia. Si qua igitur in posterum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo teritidie commonita, si non congruè satisfecerit potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate agnoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine DEI & Domini redemptoris nostri IESU CHRISTI aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ subiaceat vlioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantib. sit pax Domini nostri IESU CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen.

✠ Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ff.

✠ Ego Petrus S. Cæcilie presb. Card. ff.

✠ Ego Ioannes tt. S. Stephani in Celio monte presb. Card. ff.

✠ Ego Cencius ff. Ioannis & Pauli Card. tt. Pamachij ff.

✠ Ego Octauianus Ostien. & Velletræ Episcopus ff.

✠ Ego Petrus Portuen. & S. Rufin. Episcopus ff.

✠ Ego Ioannes Albenen. Episcopus ff.

✠ Ego Gratianus sanctorum Cosmæ & Damiani Dyac. Card. ff.

✠ Ego Gregorius S. Georgij ad velum aureum, Dyaconus Cardinalis ff.]

Dat. Later. per manus Ioannis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiac. & Notarij XIII. Kal. Iunij, Indictione VII. Incarnat. Dominicæ an. M. CC. IV. Pontificatus verò Dñi Innocentij Papæ III. anno septimo.

Innoentius Episcopus seruus seruorum. Dei. Dilectis filiis Prapósito Ecclesiæ sancti Magni, Ratisponen. eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eos à proposito reuocet, aut robur quod absit sacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Dño filij vestris iuisis postulationib. clementer annuimus, & Ecclesiæ S. Magni Ratispon. in qua diuino estis obsequio mancipati sub B. Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti privilegio comunim. In primis siquidē statuentes vt ordo Canon. qui secundū Deum & B. Augustini regulam

regulam in eadem Ecclesia institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quacunque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste ac canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duobus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis annuos redditus quos habetis in foro quod sit iuxta Ecclesiam S. Magni, sitam ultra pontem Danubij Civitatis Ratisponen. annuum redditum quem habetis in molendinis, quæ sunt sub ponte Danubij Civitatis, eiusdem prætorum & insulam quæ habetis inter Danubium & flumen quod pluvia nuncupatur. Vineas quas habetis in monte Schelmstrazz vulgariter appellata, possessiones quas habetis in villis Etingen superiori, Alburch, Traublingen inferiori, Tene-rendorff, Trenenz, Winshouen, Sizenhouen, Snatlherr, Tutenhouen & Pulka vulgariter nuncupatis, Ecclesiam S. Mariæ quam habetis in villa quæ dicitur. Saler cum omnibus pertinentiis suis, domos & redditus quos habetis in civitate Ratisponen. cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsuagiis & pastuis in iusto & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sanè noualium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hæctenus non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos à sæculo fugientes ad conversionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus in super ut nulli vestrorum fratrum post factam in Ecclesia vestra professionem fas sit sine Præpositi sui licentia, nisi a ceteris religionis obtentu de eodem loco discedere, discedentem verò absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Christusna verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, à diocesano suscipietis Epò, si quidem Catholicus fuerit, & gratiâ & communionem sacrosanctæ Roman. sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus in super ut infra fines parochiæ vestræ nullus sine assensu Diocesani Episcopi & vestro Capellam seu oratorium de nouo construere audeat, saluis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis seu Diaconis, aliisque omnibus Ecclesiasticis secularibusue personis à vobis fieri omnino prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publicè vsurarij nullus obsistat. Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes quæ à laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum & ad Ecclesias ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero tenente eiusdem loci Præposito vel tuorum quolibet successorum, nullus sibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars consilij senioris, secundum Deum & beati Augustini regulam prouiderint eligendum.

Paci quoque & tranquillitati vestrae paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesie vestrae concessas, nec non libertates & exemptiones secularium, exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vobis omnimodis profutura. Salva sedis apostolicæ auctoritate & Diocesani Episcopi Canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularive persona hæc nostræ constitutionis paginam scias contra eam temerè venire temptaverit, secundo te citò ve communita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniunt, Amen, Amen, Amen.

- Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie Episcopus ff.
 ✠ Ego Rainaldus Ostien. & Vellæ Episcopus ff.
 ✠ Ego Stephanus Prænestinus Episcopus ff.
 ✠ Ego Stephanus S. Mariæ trans Tiberim te. Calixti presb. Card. ff.
 ✠ Ego frater Ioannes te S. Laurentij in Lucan. presb. Card. ff.
 ✠ Ego frater Hugo te S. Sabinæ presb. Card. ff.
 ✠ Ego Riccardus S. Angeli Diac. Card. ff.
 ✠ Ego Octavianus S. Mariæ in via lata Diac. Card. ff.
 ✠ Ego Wilhelmus S. Eustachij Diac. Card. ff.
 ✠ Ego Octobonus S. Adriani Diac. Card. ff.

Datum Assij per manum Guilli Magistri scholarum Parmen. sanctæ Romanæ Ecclesie Vice Cancellarij, IV. Non. Maij, Indiction. XII. Incarnation. Dominicæ Anno M. CC. LIV. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ IV. Anno, vndecimo.

Præpositis Collegiæ Eccles. S. Andreae Frisingæ
 addatur fol. 109. Tom. II.

FRIDERICVS Præpositus circ. an. 1228.

S. PETRUS in Monte MADRON Præpositus, addendus:

ERASMVS Meringer, Bauariæ Ducis Stephani Senioris Cancellarius Canonicus Frisingen. & Parochus Burckhusianus an. C. 1367. Tom. III.
pag. 98.

Moder-

Modernus Præpositus Dominus WOLFGANGVS Castner de Schnaitzenbach, SS. Theolog. Doct. Sereniss. Boior. Duc. à Confil. Canonicus & Senior Ducal. Ecclesiaz Collegiata ad D. Virginem Moachij bene de omnibus meritus.

Collegiata Eccles. S. Sixti in Schliersee,

ORTWINVS Præpositus circ. an. 1198.

Collegiata Eccles. S. Viti Frising.

CHVNRADVS Præpos.
VLSCALCVS Præpos. an. 1228.



INDEX